R. Idem quod dudum pronunciatus fui; viz. *Deum Patrem* esse Deum Omnipotentem & fortem: & quod *ex nihilo creavit Cœlum & Terram, & omnia quæ in illis sunt.*

Q. Repete secundum Articulum?

R. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum dominum nostrum.

Q. Num & ipse Deus est?

R. Filius Patri consubstantialis, *e* Deus *de* Deo, Deus verus *de* Deo vero, *f* Patri coævus & coæqualis & cum Patre Dominus noster. e Symbol. Nicæum. f Athan. Symb.

Q. An & ipse etiam Omnipotens est?

R. Nemo dubitet. *g* Quoniam *per eum omnia* g Col. 1. 16.

all things created, that are in Heaven, and that are in Earth, visible and invisible; and by him all things consist.

Q. The third Article?

A. *Who was conceived by the Holy Ghost, born of the Virgin Mary.*

Q. What is the meaning of this Article?

A. *That in fulness of time* he was incarnate, *or made flesh* of the Virgin Mary, by the Holy Ghost.

Q. Was he, who is above, and *before all things*, made flesh?

A. *He, that from all eternity is God with the* Father, *in time was made man*; God of the substance of the Father, begotten before the Worlds; and man of the substance of his mother born in the World. Perfect God, and perfect man, of a reasonable soul, and humane flesh subsisting.

Q. Is not the Holy Ghost his Father also?

A. *No: for in his incarnation he took nothing of the Holy Ghost. Onely the Holy Ghost took the Seed of the Virgin* Mary, *and made it flesh, without the help of man, or sense of the woman. Which flesh, united to the soul, the second Person in the Trinity assumed into his own person, and became* one Christ. One (*I say*) not by conversion of the Godhead into flesh, but by taking of the manhood into God.

Q. Is he not one, as he is the Son of God, and another as he is the Son of man?

A. *No: though he consist of two natures, he is but one person.* For, as the reasonable soul and flesh is one man, so God and man is one Christ.

Q. May

nia facta sunt, quæ in Cœlis aut in Terris, tam visibilia quam invisibilia, & per illum consistunt.

Q. Repete tertium Articulum.

R. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Mariâ Virgine.

Q. Quid sibi vult hic Articulus?

R. Quod a in plenitudine temporis *incarnatum* erat, sive *caro factus, ex Mariâ Virgine, obumbratione Spiritus Sancti.* a Gal. 4. 4.

Q. Num ille qui supra b *ante omnia* erat, *caro factus est?* b Symb. Nicænum.

R. Ille qui ab omni ævo Deus est cum Patre in tempore factus est homo, c *Deus de substantiâ Patris genitus ante omnia sæcula; Homo de substantiâ Matris natus in sæculo; perfectus Deus, perfectus homo, ex animâ rationali & humanâ carne subsistens.* c Col. 1. 17. d Athan. Symb.

Q. An non Spiritus Sanctus etiam illius Pater est?

R. Nullo modo. Nil enim contulit Spiritus Sanctus ad illius Incarnationem. Spiritus Sanctus *semen in Virgine Mariâ* cepit tantum & disposuit ad incarnationem sine concursu viri, aut Matris sensu: Quam carnem animæ unitam secunda in Trinitate persona assumpsit in personam suam, & sic factus est *unus Christus. Unus, ait, non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.* e Ibid.

Q. Unusne est, ut Filius Dei, & alius ut Filius hominis?

R. Minimè: Etiamsi à duabus naturis subsistit, una tantum Persona est. f *Quoniam ut anima rationalis & caro unum constituunt hominem: ita Deus & homo unum constituunt Christum.* f Ibid.

C 2 *Q. An*

Q. May then the Virgin *Mary* be said to be the Mother of God?

A. *She may; because she is Mother of that man, who is God*; not by confusion of Substance, but by unity of person. *As* Abraham *is the Father of* Isaac, *though not the Father of his Soul: so is she the Mother of the second Person in the Trinity, though not the Mother of his Godhead.*

Q. Which is the fourth Article?

A. *He suffered under* Pontius Pilate, was crucified, dead, and buried; *he, that very person that is the Son of God, and was born of the Virgin* Mary.

Q. Why did he suffer all this?

A. *For us* men and our salvation; *for* he bare our sins in his own body, that we being dead unto sin, should live unto righteousness; by whose stripes we are healed. *He suffered here, that we might not suffer hereafter; he endured the cursed death, that we might escape the curse of the Law: he died for a time, that we might live for ever; he was buried, that he might sanctifie the Grave, and make it a place of rest for us.*

Q. Did the second Person in the Trinity suffer?

A. *His person suffered, though not each nature in his person. As Man, but not as God, for God cannot suffer.*

Q. Who did he suffer for?

A. *For all the sons of* Adam. *He took not therefore upon him the Person, but the Nature of Man, that so he might perfect this great work of Redemption, for all that are of the same nature with him.*

Q. Are you sure of this?

A. *The*

Q. *An Beata Maria Virgo dici poterit Dei Mater?*

R. Ita: quia mater est illius hominis, qui Deus est; a *non per substantiæ confusionem, sed personæ unitatem.* Ut *Abraham* dicitur Pater *Isaaci*, etiamsi non dicitur pater animæ suæ. Sic illa dicitur Mater secundæ Personæ in sacro-sanctâ Trinitate, etiamsi non sit mater Divinitatis suæ. a *Ibid.*

Q. *Repete quartum Articulum.*

R. *Passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus*: Ille illa ipsa persona quæ Dei Filius est, natus ex Mariâ Virgine.

Q. *Cur hæc omnia passus est?*

R. *Propter nos homines & propter salutem nostram.* d *Peccata enim nostra ipsemet tulit in corpore suo; ut peccatis mortui Christo viveremus, cujus vibicibus sanati sumus.* Passus est hic, ne nos pateremur seculo venturo. Passus est mortem maledictam, ut nos effugeremus legis maledictionem. Ad tempus mortuus est ille ut nos in æternum viveremus. Sepultus est ille, ut Sepulchrum consecrando illud nobis redderet dormitorium. b *Symb. Nicæum.* c 1 Pet. 2. 24.

Q. *An persona secunda in sacro-sanctâ Trinitate passa est?*

R. Persona illius licèt non utraque natura, in personâ ejus, passa est. Ut homo non ut Deus, Deus enim non patitur.

Q. *Pro quibus passus est?*

R. Pro omnibus *Adami* filiis. Non itaque assumpsit hominis personam, sed naturam, ut ita perficeret magnum hoc opus Redemptionis, omnium eorum gratiâ, qui sunt ejusdem cum ipso naturæ.

Q. *An hoc est absque dubio?*

A. *The Scriptures have taught me so.* So God loved the World (*saith our blessed Saviour*) that he gave his onely begotten Son, to the end, that ALL THAT BELIEVE IN HIM should not perish, but have life everlasting. *And* S. John; If ANY MAN sin, WE have an Advocate with the Father, Jesus Christ the righteous, and he is the propitiation for our sins: and not for ours onely, but also for the sins of the WHOLE WORLD. *And* S. Paul *assures us, that* Christ tasted death for EVERY MAN. *What would we more?*

Q. This is comfortable doctrine.

A. *It is so: and to this agrees the doctrine of my Mother the* Church of England, *who hath taught me* to receive Gods promises in such wise, as they are GENERALLY set forth to us in holy Scripture: *assuring me, that our Saviour* upon the Cross made a full, PERFECT, and sufficient Sacrifice, Oblation, and SATISFACTION FOR THE SINS OF THE WHOLE WORLD; *yea,* FOR ALL THE SINS OF THE WHOLE WORLD, both original and actual.

Q. How comes it then to pass, that so many are damned?

A. *Either for want of Faith, or for want of obedience and repentance: for* to as many as received him, to them gave he power to become the Sons of God.

Q. Which is the fifth Article?

A. *He descended into Hell, the third day he rose again from the dead.*

Q. How understand you this Article?

A. *Literally, as I do the rest.*

Q. Did Christ go down into Hell?

A. *He*

R. Ita me docuerunt literæ sacræ. a *Sic Deus dilexit mundum* (inquit Servator noster benignissimus) *ut filium suum unigenitum dederit, ut quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Et Divus *Johannes*, *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solum, sed pro peccatis totius mundi.* Et Sanctus *Paulus* nobis fidem fecit, b quod *Christus pro omnibus mortem gustavit.* Quid amplius volumus.

a Joh. 3. 16.

1 Joh. 2. 1, 2.

b Heb. 2. 9.

Q. *Videtur hæc doctrina plena solaminis.*

R. Imò profecto: Huc etiam quadrat doctrina Matris meæ *Ecclesiæ Anglicanæ* c quæ me docuit, ita *Dei promissa intelligere, prout generaliter nobis proponuntur in Sacrâ Scripturâ*: Affirmans quod *Salvator noster in* d *ligno plenum, perfectum ac completum sacrificium, & oblationem immolavit, & satisfactionem pro peccatis totius mundi: imo pro omnibus peccatis totius mundi*, tam originalibus, quam actualibus.

c *Artic.* 17. *Liturg. Ang. Orat. præcedenti Eucharistiæ sanctificationem.*

d *Artic.* 31.

Q. *Quomodo fit ergo quod tam multi damnantur?*

R. Aut propter fidei, aut propter obedientiæ ac pœnitentiæ defectum. e *Quotquot enim illum receperunt, illis potestatem dedit filios Dei fieri.*

e Joh. 1, 12.

Q. *Repete Articulum quintum.*

R. Descendit ad Inferos, die tertio resurrexit à mortuis.

Q. *Quomodo Articulus hic interpretandus est?*

R. Secundum literam, ut & reliquos interpretor.

Q. *Num Christum descendit ad inferos?*

A. *He did so: otherwise my* Creed *hath taught me something, that is not to be believed.*

Q. Some are of opinion, that it is a Metaphorical speech, and signifies, that he was *truly dead.*

Q. *I know there are some of that opinion; but I see no reason, why I should assent thereto.*

Q. Why so?

A. *For these five reasons: First, because* Hell *does not signifie the place of the Dead, but the place of the damned; as in the case of* Dives.

Secondly, our Saviours death *was sufficiently expressed before, in that it is said,* he was dead: *and not onely so, but* he was buried. *And we* bury *not the Living but the Dead.*

Thirdly, Calvin *saith, it is a* battology, *or needless repetition; and not probable that such vanity should be admitted into so compendious a brief of our Faith.*

Fourthly, it is contrary to the course of Order, after burial *to return to his* death; *as if he had suffered death a second time. But it is methodical and orderly, after they had done with his* body, *to acquaint us what became of his* soul, *when he was dead, and to tell us that it is* descended, *or* went down into Hell.

Fifthly, by the Primitive Church his descent into Hell *is not accounted any part of his* Humiliation, *but the first degree of his* Exaltation.

Q. Where learn you this doctrine?

A. *In Dr.* Nowels *Catechism; where I find that by* his descending into Hell, *is meant,* that as Christ in his body descended into the bowels of the earth, so IN HIS SOUL SEVERED FROM THE BODY, HE DESCENDED INTO HELL.

Q. Is

R. Affirmo, nam aliter Symbolum aliquid me docuit, quod credendum non eſt.

Q. Nonnulli opinantur hanc diſtinctionem eſſe metaphoricam, neque aliud velle, quam quod verè mortuus eſt.

R. Non ignoro, aliquot eſſe hujus opinionis fautores: ſed non video rationem, cur his aſſentirem.

Q. Quid ita?

R. Propter rationes quinq; ſequentes, 1. Quod a *infernum* non ſignificat locum *mortuorum*, ſed *damnatorum*, ut in exemplo *Divitis*.

2. *Mors* Salvatoris noſtri ſatis declaratur ex hoc, quod dictum, *Mortuus eſt*; neque hoc ſolum, verum etiam quod *ſepultus eſt*. Neque ſolemus *ſepelire* vivos, ſed *mortuos*.

3. b *Calvinus* affirmat hanc eſſe *battologiam*, ſive repetitionem ſuperfluam neque probabile eſſe, tantas nugas inſeri tam compendioſo fidei Symbolo.

4. Videtur contra ordinem naturæ, poſt ſepulturam ad mortem denuo redire, quaſi ſecundo moreretur. Illud autem juſto ordine ac methodo factum eſt, poſtquam *corpus* ejus diſpoſuêrunt ad ſepulchrum, ut nobis palam facerent, quid de *anima* ejus factum eſt poſt mortem illius, dicendo illam *ad inferos deſcendiſſe*.

5. Ab Eccleſiâ primitivâ illius deſcenſus ad *inferos* non habetur pro gradu aliquo *humiliationis*, at pro gradu primo *exaltationis*.

Q. Unde hauſiſti hanc doctrinam?

R. E Catechiſmo Doctoris *Noell*; ubi inveniuntur hæc verba: quod *per* c *deſcenſum ejus ad inferos*, intelligendum eſt, quod *velut Chriſtus quoad corpus deſcendit in viſcera terræ, ita illius anima à corpore ſeparata, ad inferos deſcendit*.

Q. An

a Luc. 16. 23 *Ne ipſos quidem inferos uſquam Scripturarum locis in bono appellatos potuiſſe reperire. Auguſt. Ep. 99. de Gen. ad lit. l. 12. c. 33.*

b *Calvin. Inſtit. l. 2. c. 16. Sect. 8.*

c *Conſule Noelis Catechiſmum ſuper hunc articulum.*

Q. Is not this D. *Nowels* private opinion?

A. *No; it is the reſolution of thoſe bleſſed Reformers under King* Edward VI. *For they tell us, that in the three days of Chriſts death,* His body was in the Grave, HIS SOUL IN HELL, and his Deity every where.

Q. Was not this caſt off as an erroneous opinion in *Q. Elizabeths* days?

A. *No certainly; for their Scholars in the Articles of* 1562. *ſay thus.* As Chriſt died for us, and was buried, SO ALSO IS IT TO BE BELIEVED, THAT HE DESCENDED INTO HELL. *But* we believe, that Chriſt truly died, and was buried: *it is therefore to be believed, that* he truly deſcended into Hell. *But to ſay, as we believe that* Chriſt truly died, *ſo do we believe that he was* truly dead, *were a moſt abſurd inference, and would be hiſſed out of the Schools.*

Q. This manifeſts their reſolution, but is this agreeable to the ancient Church?

A. *There is not one Council, or probable Father in the firſt Five hundred years, but is of this opinion. And* S. Auſtin *is ſo reſolute for this Article, that he ſaith,* Whoſoever denies Chriſts deſcent into Hell, is no Chriſtian. *And* Athanaſius *in his* Creed, *puts it in among thoſe Articles, whereof he ſaith,* Which Faith except every one do keep, WHOLE AND UNDEFILED, without doubt he ſhall periſh everlaſtingly.

Q. Where is this *Hell* that he went into?

A. *In the lower parts of the earth, than which nothing is lower. So S.* Paul. *And* Tertullian *makes his expreſſion ſo full of the bowels of the earth, that no man can doubt of his opinion.*

Q. What

Q. *An non hæc assertio Doctoris* Noelis *videtur esse privata?*

R. Minimè. Nam hoc idem statuerunt religionis restitutores subter Regem *Edvardum* sextum. Hi enim nobis declaraverunt, quod *in illis* a *tribus diebus quibus corpus illius sub terram jacuit, anima apud inferos erat, divinitas vero ubique.*

Q. *Nonne hæc opinio ut erronea explosa est temporibus Reginæ* Elizabethæ?

R. Minime gentium. Quoniam illorum discipuli in Articulis Anno 1562. constitutis hæc verba proferunt; b *Ut pro nobis Christus mortuus est & sepultus: ità credendum est, quod descendit ad inferos.* Sed c *credimus quod Christus verè mortuus est & sepultus,* Ergo credendum est, *quod verè descendit ad inferos.* Verum dicere, prout credimus, quod Christus verè moriebatur, ita credimus quod *verè mortuus est*, conclusio esset absurda, & quæ ab omnibus explodatur digniſſima.

Q. *Hoc videtur illorum sententiam declarâsse. Sed hæc opinio videtur Ecclesiæ primitivæ conformis?*

R. Neque concilium est, neque pater genuinus intra quintum Ecclesiæ à Christo seculum quin huic faveat sententiæ. Sanctus *Augustinus* tam pertinax est hujus opinionis defensor, d *quod illos negat esse Christianos, qui Christi descensum ad Infernum negaverint.* Et *Athanasius* in Symbolo suo posuit inter illos fidei Articulos, de quibus sic loquitur, e *Quam fidem nisi quis integram servaverit & intemeratam, absque dubio in æternum peribit.*

Q. *Ubi est infernum illud, quo descendit?*

R. In f imis terræ partibus, infimatis infimis, ita S. *Paulus.* Et g *Tertullianus* apertè adeò suam pro viscеribus terræ prodit opinionem, ut de illius sententiâ nemo dubitare potest.

a *Artic.* 3.
b *Artic.* 3.
c *Artic.* 1.
d *Quis, nisi infidelis, negaverit fuisse apud inferos Christum? Aug. ep.* 99.
e *Athan. Symb.*
f *Epl.* 4. 9.
g *Christum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id est in recessu intimo & interno & in ipsa terrâ operto & infra ipsam cavato, & inferioribus adhuc abyssis superstructâ. Tertul. de animâ c.* 55. *Christus ad solvendos inferni dolores descendit. Aug. ep.* 99.

Q. *Quare*

Q. What went he thither for?

A. *To triumph over Hell, and to fulfil that of the Prophet,* O Death where is thy ſting? O Grave [*or* O *Hell*] where is thy Victory? *To this opinion aſſents* D. Nowel *in his Catechiſm.*

Q. Are all of this opinion?

A. *No truly, ſome conceive that he ſuffered the torments of Hell in his ſoul: which cannot be. For firſt, the pains of hell are the death of the ſoul: and in that ſenſe it is ſaid,* That ſoul that ſins, ſhall ſurely die. *But* Chriſts *ſoul never ſinned; and for* our ſins he bare *them* in his body.

2. *The Scriptures teach us, that* Chriſt ſuffered for us in the fleſh, *and that he was* put to death in the fleſh, *not in the ſoul; No ſuch thing in Scripture.*

3. *That ſoul, which is united to the Deity, is not capable of Hell torments. That were to make the ſoul of God ſubject to the Devil, which cannot be imagined without blaſphemy.*

4. *David* being a Prophet ſaid of the Reſurrection of Chriſt, that his ſoul was not left in hell, neither did his fleſh ſee Corruption. *If then this was ſpoken of the Reſurrection, it was not ſpoken either of his Death or Paſſion. As then his body was in the place of* corruption, *and ſaw, but ſuffered* no corruption, *ſo his ſoul was in* Hell, *the place of torments, but ſuffered no torment.*

Q. How underſtand you theſe two ſayings of of his, *My ſoul is heavy unto death:* and, *My God my God, why haſt thou forſaken me?*

A. *The former he ſpake as he was Man, foreſeeing his death at hand, ſhewing that his ſoul was exceeding ſorrowful, as ours are, to be parted from*

the

Q. *Quare infernum petiit?*

R. Ut de inferno triumpharet, atque ut impleret illud Prophetæ, a *O mors ubi aculeus tuus? O inferne* b *ubi tua victoria?* Huic opinioni assentit Dr. *Noel* in Catechismo suo prædicto.

a Hos. 13. 14 1 Cor. 15. 55

b *Sic etiam Tremellius in notis in prima ad Cor.* 15. 55. *atque ita legit textus Vulgaris*, ad Hos. 13. 14.

Q. *Num omnes concorditer congruunt inter se de hâc sententiâ?*

R. Non; aliqui enim affirmant illum tormina damnatorum in animâ suâ perpessum esse: quod fieri nequeat, c Quia primò pœnæ damnatorum animæ mors sunt: & in hoc sensu dicitur, *Anima quæ peccat morietur.* Sed *Christi* anima nunquam peccavit, d *nostra* autem *peccata tulit in corpore suo.*

c *Vel peccato, vel damnatione mors animæ intelligi potest. Aug. ep.* 99. Ezek. 18. 4.

d 1 Pet. 2. 24

2. Nos docent Scripturæ quod e *Christus in carne pro nobis passus est*, & quod f *morte affectus est, carne non spiritu.* Nil tale in Scripturis.

e 1 Pet. 4. 1.

f 1 Pet. 2. 18.

3. Anima divinitati unita, non est capax tormínum damnatorum: ex hoc enim sequeretur animam Dei Satanæ subjici, quod sine blasphemia ne cogitari potest.

4. g *David Propheta de Resurrectione Christi dixit, quod* h *anima ejus non derelicta esset apud inferos, nec caro illius corruptionem* senserit. Si hoc igitur de resurrectione dictum est; neque de morte, neque passione ejus dici debet. Prout corpus igitur in loco *putrefactionis* erat, neque tamen viderit aut senserit corruptionem: sic anima illius apud inferos erat, in domo pœnæ, neque pœnam senserit.

g Act. 2. 30, 31.

h Psal. 16 11

Q. *Quomodo hæc duo illius dicta intelligenda sunt:* i *Anima mea tristis ad mortem usque:* & k *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

i Mat. 26 38

k Mat. 27. 46.

R. Primum loquutus est ut homo, mortem appropinquantem præsentiens, & demonstrans, quod illius anima, velut & nostra, valde

cum-

the body; The other he spake because the Deity for a time had withdrawn her comfortable vision from the soul, that so it might endure what sorrow it was any way capable of. For if there were an exceeding sorrow *in the soul to be parted a while from the body; what excess of sorrow was in it, think you, when the sight of God was subtracted from it? Since the vision of God is the highest comfort of the soul, for* in his presence is the fulness of joy.

Q. What think you of his *Resurrection*;

A. *After* Christs *soul had for three days triumphed over Hell, and all the powers thereof, it was reunited to the body, which arose from the Grave without corruption: and both were* filled with the joy of his countenance. *And to assure us of this his Resurrection, in his flesh he was conversant with his Apostles and Disciples forty days.*

Q. Which is the sixth Article?

A. *He ascended into Heaven, and sitteth on the right hand of God the Father Almighty.*

Q. What dost thou believe in this Article?

A. *That the body and soul of Christ* ascended *together into Heaven, the highest place of bliss, where they never were before: and at that time* he opened the Kingdom of Heaven to all Believers.

Q. Dost thou understand these words in the literal sense?

A. *I do so.*

Q. Can we say according to the Letter, that God hath a *right hand?*

A. *No, we cannot. But both Scripture and* Creed, *in this phrase or manner of speech, stoop to the capacity of man, and express unto us hereby that height*

contristabatur propter dissolutionem ejus à nexu corporeo. Alterum dixit, quod Divinitas ejus vivificam ipsius visionem pro præsenti ab animâ subduxerat, quò pati poterat omninò omnem, cujus erat capax, dolorem. Si namq; *dolor extremus* erat in anima propter separationem à corpore momentaneam? quam nimius, erat ille dolor (si conjecturæ locus est) quando visio Dei ipsi fuerit subtracta? Quoniam visio beatifica est suprema animæ felicitas. a *In illius conspectu gaudiorum satietas.* a Psal. 16. 12.

Q. *Quid de illius Resurrectione credis?*

R. Postquam per triduum anima Christi exultárat super inferorum regnum & illius dominationes; corpori reunita est; quod à sepulchro resurrexit sine putrefactione: unaque cum anima corpus; b *repletum est jucunditate conspectus sui.* Et ut nobis fidem faceret resurrectionis suæ in c carne, versabatur cum Apostolis & Discipulis suis per dies quadraginta. b Act. 2. 28. c Act. 1. 3.

Q. *Repete Articulum sextum.*

R. Ascendit in cœlum, & sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis.

Q. *Quid ex hoc Articulo percipis?*

R. Quod corpus & anima Christi simul *ascenderunt* in cœlum, locum beatitudinis altissimum, ubi nunquam antehac fuere. d Et tunc temporis *credentibus aperuit regnum cœlorum.* d *Te Deum.*

Q. *Num hæc verba intelligenda sunt ad literam?*

R. Sic intelligo.

Q. *Num secundum literam dicere possumus, Deum habere dextram?*

R. Non possumus. Sed Scriptura sacra & *Symbolum fidei* in hac phrasi aut modo dictionis ad hominum capacitatem descendunt, nobisque

height of glory, which is otherwise unexpressible to our understanding. For it is that glory, which neither eye hath seen nor ear hath heard, neither hath it entered into the heart of man to conceive. And how can the tongue utter what the heart hath not conceived? what is unconceivable is unutterable.

Q. Thou believest then that he ascended into the highest place of glory?

A. *I do so, and that not onely in place, but in power: for* to him is all power given, *both* in Heaven and in Earth. *And yet in the height of glory he is in himself so humble, and to us so gracious, that* he makes continual intercession for us.

Q. What is the seventh Article?

A. *From thence he shall come to judge the quick and the dead.*

Q. Is this certain?

A. *As certain as he is God: and herein is a main comfort for us, that he who suffered for us, and died for us; and continually prays for us, shall be our* Judge.

Q. Shall he judge us as he is Man?

A. *He shall, for* the Father hath given him power and authority to execute judgment, BECAUSE HE IS THE SON OF MAN. *And as Man* he is touched with the feeling of our infirmities, *that so* he may have compassion upon us *weak, wandring, silly men, and apt to be deceived. For* in all points he was tempted like as we are, yet without Sin. Let us therefore come boldly unto the Throne of Grace, that we may obtain mercy, and find grace to help in time of need.

Q. The

bisque effantur eam gloriæ altitudinem, quæ aliter nobis ineffabilis est. Illa enim gloria est, a *quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec unquam in hominis mentem intravit, ut intelligeret.* Et quomodo lingua potest illud effari, quod à mente concipi non potest? Quod incomprehensibile, ineffabile. a 1 Cor. 2 9.

Q. *Credis itaque illum ascendisse in locum gloriæ altissimum?*

R. Ita est: & quod non solum in locum summum evectus est, sed in potestatem etiam summam: b *Dei enim tradita est omnis potestas tam in cælo quam in terra.* In hac tamen gloriæ altitudine præstat se nobis tam mitem, tam benignum, ut c *quotidie pro nobis interpellet.* b Matt. 28. 18. c Rom. 8. 34

Q. *Repete Articulum septimum.*

R. Inde venturus est ad dijudicandos vivos & mortuos.

Q. *Num hoc certum est?*

R. Tam certum est, quam quod ipse Deus est: & in hoc latet solatium nostrum, non parvum; quod ille qui pro nobis passus, pro nobis mortuus est, & pro nobis quotidie interpellat; nobis etiam futurus est *Judex.*

Q. *Nosne judicabit tanquam Filius hominis?*

R. Affirmatur; quia d *Pater et dedit potestatem ac authoritatem exercendi judicium quatenus Filius hominis est.* Et quatenus homo e *afficitur sensu infirmitatum nostrarum, f quo satis possit misereri vicem nostri infirmorum aberrantium,* atque imprudentium hominum, nimisque qui fallamur facilium. g Nam *in omnibus tentatus est, sicut & nos, absque tamen peccato.* *Accedamus itaque cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam inveniamus tempore opportuno.* d Joh. 5. 27. e Heb. 4. 17. f Heb. 5. 2. g Heb. 4. 15, 16.

Q. The eighth Article.

A. I believe in the Holy Ghost, the Lord and giver of life, who proceedeth from the Father and the Son, who with the Father and the Son together is worshiped and glorified; who spake by the Prophets. *These are three Persons, and but one God. This* we worship one God in Trinity, and Trinity in Unity, neither confounding the Persons, nor dividing the Substance.

Q. We may not indeed say, there be three Gods; but may we not say, there are three Lords?

A. *We may not: for though* we be compelled by the Christian verity to acknowledge every Person by himself to be God and Lord; yet we are forbidden by the Catholick Religion, to say there be three Gods, or three Lords.

Q. Why so?

A. *Because* Lord *is spoken of the three Persons in name of* substance, *not of relation or property. And in God there is but* one substance, *though three relations.*

Q. What meanest thou by relations?

A. *God is called* Father *with relation to his* Son; *or because he hath a* Son. *The second Person is called the* Son, *because he hath a* Father, *and the* Holy Ghost *is called so, with relation to them both, because he is the* spirit *both of the Father and the Son: for he proceeds from both.*

Q. We have now the three Persons in the Trinity, do we not ascribe to every one of these a several work concerning man?

A. *We do so; to the* Father *we ascribe our* Creation, *to the* Son *our* Redemption, *and to the* Holy Ghost *our* Sanctification. *As the* Father

Q. *Repete Articulum octavum.*

R. *Credo in Spiritum Sanctum*, a *Dominum ac Datorem vitæ, qui procedit à Patre & Filio, qui cum Patre & Filio adoratur & glorificatur, qui loquutus est per Prophetas.* Hi sunt tres personæ, Deus unus; Sic b *Deum unum veneramus in Trinitate, & Trinitatem in Unitate neque confundendo personas, nec substantiam separando.*

a Symb. Nicæum.

b Athan. Symb.

Q. *Non possumus quidem dicere, quod sunt tres Dei. Sed non licet dicere quod sunt tres Domini?*

R. Nullo modo; c *Nam etiamsi cogat nos veritas Christiana singulatim unamquamque Personam Deum, ac Dominum confiteri; Religio tamen Catholica prohibet, ne dicamus tres esse Deos, aut tres Dominos.*

c Ibid.

Q. *Quid ita?*

R. Quoniam *Dominus* respectu trium personarum est nomen *substantiæ*, non *relationis* aut *personalitatis*. In Deo autem *una tantum substantia est*, quanquam tres *relationes*.

Q. *Quid ut per has relationes?*

R. Deus vocatur *Pater* propter relationem ad *Filium*, aut quia *filium* habet. Secunda persona vocatur Filius, quoniam *Patrem* habet. Et *Spiritus Sanctus* eo nomine insignitur propter relationem ad utrumque; quia *spiritus est* & Patris & Filii; ex utroque enim procedit.

Q. *Audivimus jam tres esse Personas in Sacrosanctâ Trinitate. An non earum cuilibet assignamus opus suum proprium circa homines?*

R. Ita est; Deo *Patri* tribuimus *creationem*, *Filio redemptionem*; & *Spiritui Sancto sanctificationem*. Sicut Pater omnes *creavit*, *sic Filius*

created all; *so the* Son redeemed all; *and* the Holy Ghost sanctified me, and all the elect people of God.

Q. Why to the *Father* is ascribed the Creation?

A. Because, though the other two Persons did jointly and equally create with the Father, yet the original of that power is in and from him. And yet none is afore or after other, none is greater or less than another.

Q. Why to the *Son* our Redemption?

A. Because by his Blood we are redeemed from Death and Hell.

Q. Why to the *Holy Ghost* our Sanctification?

A. Because it is his special work to sanctifie us by his gifts and graces. Hence is it, that we call him the Holy Spirit, *because he is the Spirit that makes us holy.*

Q. We acknowledge that the Son of God redeemed all mankind: why do we not also confess, that the Holy Ghost sanctifies all mankind, but the elect people of God?

A. Because Christ redeems all, that they may be sanctified; but the Holy Ghost sanctifies onely those that believe in Christ, or are baptized into Christ, that so they may be his Elect. For we are elect, according to the foreknowledge of God the Father, through sanctification of the Spirit unto obedience, and sprinkling of the bloud of Jesus Christ. *So both these works must concur to our Election.*

Q. Which is the ninth Article?

A. I believe the Catholick Church, the Communion of Saints, or, I believe one Catholick and Apostolick Church: Catholick *for time and place,* Apostolick *for faith and government.*

Q. Why

omnes redemit, & Spiritus Sanctus me, totumque populum Dei electum ſanctificavit.

Q. *Quare Deo Patri aſcribitur creatio?*

R. Quia etiamſi duæ alteræ Perſonæ una cum illo junctim atque ex æquo creabant, tamen poteſtas originalis eſt in & ab eo. a *Et in hac Trinitate nil prius aut poſterius, nihil majus aut minus.* a *Athanaſ. Symb.*

Q. *Quare Filio tribuitur redemptio?*

R. Quoniam per illius ſanguinem redempti ſumus à morte & inferno.

Q. *Quare Spiritui Sancto aſcribitur ſanctificatio noſtra?*

R. Quoniam illius opus proprium eſt b nos per illius dona & Chariſmata ſanctificare: unde vocamus illum Spiritum Sanctum, quia ſpiritus eſt qui nos ſanctificat. b 1 Pet. 1. 2.

Q. *Confitemur Dei Filium totum genus humanum redemiſſe, cur etiam non fatemur Spiritum Sanctum omne genus humanum ſanctificaſſe; ſed electum tantum Dei populum?*

R. Quia *Chriſtus* redemit omnes ut ſanctificentur. At *Spiritus Sanctus* eos tantum ſanctificat, qui in Chriſtum credunt aut baptizantur in Chriſtum ut ita inter electos numerentur. c *Electi* enim *ſumus ex præſcientia Dei Patris ad ſanctificationem Spiritus, per obedientiam & adſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.* Ex utriuſque concurſu oritur electio noſtra. c 1 Pet. 1. 2.

Q. *Repete Articulum nonum.*

R. Credo Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem: Aut, d Credo unam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam; *Catholicam* propter tempus & locum; *Apoſtolicam* propter fidem & diſciplinam. d *Symb. Nicæum.*

Q. Why call you this Church a *Communion of Saints?*

A. *Because it is a Society of men that are ſanctified in Baptiſm, by Faith in Chriſt, through the operation of the Spirit.*

Q. What is a *Church?*

A. The viſible Church of Chriſt is a Congregation of faithful men, in the which the pure Word of God is preached, and the Sacraments be duely adminiſtred, according to Chriſts Ordinance, in all thoſe things, that of neceſſity are requiſite to the ſame.

Q. What doſt thou collect from hence?

A. *Theſe three things*; 1. *That the Church conſiſts of* Faithful men; *that is, of ſuch who profeſs the Chriſtian Faith.* 2. The Word of God *muſt be ſincerely* preached. *And thirdly,* The Sacraments *muſt be duly miniſtred to the Congregation,* according *to Chriſts Ordinance.*

Q. Is it lawful for every Chriſtian, that will, to preach the Word and adminiſter the Sacraments?

A. *No, it is not lawful for any man to do ſo, unleſs he be lawfully called and ſent to execute the ſame.*

Q. Whom judge you to be lawfully called and ſent?

A. *All thoſe who be choſen and called to this work by men who have publick authority given unto them in the Congregation, to call and ſend Miniſters into the Lords Vineyard.*

Q. Who have publick authority given them to call and ſend Miniſters into the Lords Vineyard?

A. *Onely Biſhops in the Church of* England: *as is to be ſeen Artic.* 36. *and in the Book of Ordination.*

Q. Why

Q. *Quare hæc Ecclesia vocatur Sanctorum communio?*

R. Quia hominum consociatio est per Baptismum sanctificatorum, operante Spiritu Sancto per fidem in Christo.

Q. *Quid est Ecclesia?*

R. *a* Ecclesia Christi visibilis cœtus est fidelium, inter quos verbum Dei sincerè evangelizatur, & Sacramenta debitè administrantur, secundum Christi institutum in omnibus necessario ad hoc requisitis. a *Artic.19.*

Q. *Quid exinde colligis?*

R. Hæc tria: primò quod ecclesia constet *è credentibus*; *i.e.* ex illis qui fidem profitentur Christianam. 2. Quod *verbum Dei in eâ sincerè evangelizetur.* 3. Quod *Sacramenta* Ecclesiæ *debitè administrentur* secundum Christi institutum.

Q. *Nunquid licitum est, Christiano cuilibet volenti, verbum Dei exponere, aut Sacramenta administrare?*

R. *b* Non est licitum cuilibet hoc agere, sed ei tantum quid legitimè ad hæc peragenda vocatus & missus est. b *Artic.24.*

Q. *Quos legitimè ad hoc vocatos & missos judicas?*

R. Eos omnes *c* qui ad hoc opus electi sunt, ac vocati ab hominibus quibus data est potestas publica ab Ecclesia, ut vocent & mittant Ministros in vineam Domini. c *Ibid.*

Q. *Quibus delegatur hoc publicum officium vocandi & mittendi Ministros in vineam Domini?*

R. Episcopis solis in Ecclesia Anglicana, prout videre est in Articulo 36. & etiam libro Ordinationis.

Q. Why doth this Church allow no other but Bishops to give Orders?

A. *Because she finds no meer men allowed to do it in the New Testament, but onely the* Apostles, *and* Bishops *their Successors. And she keeps close to Scripture.*

Q. Have *Bishops* this power of Ordination conferred upon them in Scripture?

A. *It is evident they have.* Timothy *was the first Bishop of the Church of the* Ephesians. *And upon him S.* Paul *lays this charge,* Lay hands suddenly on no man. Titus *was the first Bishop of the Church of the* Cretians. *And to him the same Apostle speaks thus*; For this cause left I thee in Crete, that thou shouldest ordain Presbyters, or Elders in every City.

Q. Is not this power given to *Presbyters*?

A. *Not any where in the New Testament.*

Q. Why do you say, *I believe the Catholick Church*, and not, I believe *in* the Catholick Church?

A. *Because it is a part of my Creed to* believe *that there is* one Catholick Church, *but it is no part of my Creed, to* believe in, *or to put my confidence in the Church: since the Church is a Congregation of reasonable Christian Creatures, and this a peculiar which belongs onely to the* Creator, *God blessed for ever. And I will* believe the Church *so long as she contradicts not God in his Word. But if she do, I shall forbear to credit her in such things. I will* believe God, *who is truth it self*; and believe in that God, *who is able to undeceive her, and to lead her into the way of all truth. I will onely believe in him, who cannot deceive or be deceived*;

Q. *Quare Ecclesia Anglicana non admittit alios præter Episcopos ad jus ordinandi?*

R. Quia non constat è Novo Testamento, homines qua tales habere jus ordinandi, præter *Apostolos* & illorum successores, *Episcopos*. Ecclesia autem ne latum unguem à Scripturâ recedit.

Q. *Num Episcopi hoc ordinandi jus è sacris Scripturis obtinent?*

R. Liquidò constat. a *Timotheum* enim primus erat inter *Ephesos* Episcopus. Huic autem Sanctus *Paulus* præcipit, b *Ne cui manus temerariè imponat.* c *Titus* apud Cretenses primus erat Episcopus. Hunc autem idem Apostolus hoc modo alloquitur: d *Hujus rei gratia dereliqui te in Creta ut oppidatim Presbyteros constituas aut Seniores.*

a 2 Tim. *sub finem* Epistolæ.
b 1 Tim. 5. 22.
c *Subfinem Epistolæ ad Titum.*
d Tit. 1. 5.

Q. *An non eadem potestas competit Presbyteris?*

R. Nusquam in Novo Testamento.

Q. *Quare hoc modo loqueris, Credo Ecclesiam Catholicam, & non in Ecclesiam Catholicam?*

R. Quia fidei Articulus est ut crederem *unam esse Ecclesiam Catholicam*; non autem jubet symbolum ut *crederem in*, aut fiduciam habeam in Ecclesia positam. Cum Ecclesia sit cœtus hominum rationalium Christianorum; & hæc præpositio *in*, e Creatori videtur proprium, Deo in æternum honorando: Fidem etiam *Ecclesiæ* habebo, nisi Sacræ Scripturæ in suis thesibus adversetur: sin ita, apud me fidem, quod ad illas perdidit. Credam Deo, qui est ipsa veritas, *credam in Deum*, qui potis est illam ab erroribus vindicare, & in omnis veritatis viam ducere. In illum tantum credam, qui nec decipere nec decipi

e *Hac præpositionis syllabâ* In, *Creator à Creaturis secernitur, & divina sepa-rantur ab humanis.* Ruffin. *in* Symb. n. 151

deceived; who cannot be overstopped or crossed.

Q. Why say you, *one Catholick Church?*

A. Because though there be many particular churches, yet there is but one Catholick or universal Church, which is not bounded but with the uttermost parts of the earth, *and all these are but* one *in Faith and Government; as our Saviours Body, though consisting of many members, is but one, knit together by sinews, and quickned with the same soul.*

Q. The tenth Article.

A. I believe the forgiveness of sins.

Q. Why doth this Article follow immediately after mention of the Church?

A. Because it is a blessing which God bestows onely in the Church, and upon the Members of the Church.

Q. Is Salvation to be hoped for in the Church onely?

A. It is so, by the joint consent both of the Ancient and Modern Writers.

Q. What is the reason?

A. Because the Church is the body of Christ. *As therefore no member that is separated from the body, receives life by or with the body; neither doth any Christian partake of the life of grace, or forgiveness of sins, that is divided or cut off from the Church, which is* Christs body. *Observe, the body receives life from the head, and distributes it to all the members that it hath.* Christ is the head of the Church; *from him the Church receives life and comfort, and conveys them to every particular member, that so they may live, and discharge their several duties. But divided from the body, the members can receive no life or comfort from the head.*

Q. Is

decipi queat, nec oppugnari, nec everti poteſt.

Q. *Quare dicis, unam Eccleſiam Catholicam?*

R. Hæc ratione, a quod etſi ſint Eccleſiæ multæ particulares; tamen una Catholica eſt, ceu univerſalis, quæ terminatur tantum b *extremitatibus terræ.* Et hæ omnes unius ſunt fidei & diſciplinæ. Prout corpus Servatoris noſtri etiamſi ex multis conſtet membris, unum tamen eſt per nervos connexum, eademque anima informatum.

a *Univerſa Eccleſia ex multis conſtat Eccleſiis, ſicut univerſa terra ex multis terris. Aug. de civit. Dei l. 13. c. 12.*

b Pſal. 28.

Q. *Repete Articulum decimum.*

R. Credo remiſſionem peccatorum.

Q. *Quare Articulus hic immediatè ſequitur Eccleſiæ commemorationem?*

R. Quoniam privilegium eſt ſpecialiter à Deo in Eccleſiam & illius membra collatum.

Q. *Num ſalus tantum expectanda eſt intra pallum Eccleſiæ?*

R. Ita videtur per unanimem tam veterum quam neotericorum ſcriptorum conſenſum.

Q. *Quæ ratio reddi poteſt?*

R. Quia *Eccleſia eſt* c *corpus Chriſti.* Sicut igitur nullum membrum à corpore ſeparatum vitam participat de, aut cum corpore, ſimiliter nemo Chriſtianus participat de vita Gratiæ, aut de peccatorum remiſſione, qui ab Eccleſia quæ eſt *Chriſti corpus*, ſeparatur aut reciditur. Scire oportet, quod corpus vitam accipit à capite, & illam diſtribuit per omnia ejus membra: d *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ*, & ab illo derivat Eccleſia vitam & nutritionem, & ea cuilibet membro particulari diſtribuit, ut ita vivant & officia ſua obeant. Si vero membra à corpore divisa ſunt, neque vitam, neque nutritionem à capite poſſunt accipere.

c Epheſ. 1. 22, 23.

d Ibid. & Coloſ. 18.

Q. *Num*

Q. Is this remiſſion of ſin to be found in all Churches.

A. *Yes, without queſtion in all ſuch Churches, wherein the pure Word of God is preached, and the Sacraments be duely miniſtred, according to Chriſts ordinance; but in no other.*

Q. To whom is this forgiveneſs promiſed?

A. *To all thoſe* that truly repent, and unfeignedly believe his holy Goſpel. *He calls to all, he is merciful to all: he hath given us a taſte of his goodneſs in pardoning the greateſt and foulest ſins, not that we might imitate or practiſe them; but that we might underſtand, that our gracious God is ready to pardon the greateſt ſinner, if ſo be he turn unto the Lord humbly with unfeigned ſorrow and repentance, and bring forth fruits worthy of amendment of life.*

Q. May the Sin againſt the Holy Ghoſt be pardoned?

A. *This is ſin raiſed to the full height, it is made up by final impenitence: take away final impenitence, and the ſin is pardonable.* Repent (ſaith the Scripture) for the Kingdom of heaven is at hand: *but* unleſs you repent, ye ſhall all periſh.

Q. This is comfortable doctrine; but what reaſon have you for it?

A. *My Faith reſts upon Gods goodneſs, and gracious promiſes. When God hath ſpoke the word, Reaſon muſt ſubmit.*

Q. Which is the eleventh Article?

A. *I believe the Reſurrection of the body; namely, that this very body, in which I live and move, ſhall be raiſed out of the duſt in the laſt day.*

Q. What

Q. *Num potestas remittendi peccata omnibus Ecclesiis particularibus competit?*

R. Proculdubio omnibus iis Ecclesiis, ubi a sincere Dei verbum prædicatur, & Sacramenta debitè administrantur secundum Christi institutum; sed non aliis.

a Art. 19.

Q. *Quibus hæc peccatorum remissio promissa est?*

R. b Omnibus *vere pœnitentibus & firmiter credentibus Sacrosancto ejus Evangelio.* c Ad omnes clamat, omnibus misericordiam suam extendit. Dedit nobis amoris sui gustum dando veniam delictis nostris etiam maximis & fœdissimis, non ut imitemur tanta scelera aut perpetremus, sed ut intelligamus Deum nostrum benignissimum paratum esse ad condonandum maximis peccatoribus, modo humiliter se convertant ad Dominum, ex animo dolentes ac resipiscentes, fructus ferentes pœnitentiæ convenientes.

b In *Absolutione Lit. Angl.*

c Mat. 11. 28.

Q. *Num peccatum in Spiritum Sanctum remissibile est?*

R. Peccatum hoc est peccatum ad summum evectum, & per finalem impœnitentiam completum. Absit finalis impœnitentia & peccatum veniale est. d *Resipiscite*, inquit Scriptura, *appropinquavit enim regnum cœlorum.* e *Nisi resipiscatis omnes itidem peribitis.*

d Mat. 4. 17.

e Luc. 13. 3. 5

Q. *Hæc doctrina videtur admodum salutaris: sed quibus innititur fundamentis?*

R. Fides mea innititur divinâ bonitate, & illius amplissimis promissis. f Cum Deus dixit verbum, ratio abjicienda est.

f De remissione peccatorum sufficere deberet sola credulitas. Quis enim causas aut rationem requirat, ubi indulgentia principalis est? Ruffin. in Symb. n. 17.

Q. *Repete undecimum Articulum.*

R. Credo corporis resurrectionem; nimirum quòd hoc corpus meum in quo vivo & moveo in ultimo die à terra relurget.

Q. *Num*

Q. What, this very body?

R. Amando, reverendo, ac illorum necessitatibus suppetias ferendo. Quia Deus per hos nobis largitur vitam, victum, & vitæ conservationem. Non quia nobis sunt usui, sed quia parentes nostri sunt. *Honora patrem*, non quòd nobilitate pollet aut opibus, sed quòd tuus est. Sic c *Solomon* etiamsi Monarcha invectissimus, 1. *assurrexit ut obviam iret* Bathshebæ *matri suæ*, 2. *incurvavit se coram eâ*, 3. *Solium ei apponi jussit*, 4. *collocavit eam ad dexteram suam*. Consilium itaque Divi *Pauli* hoc est, d *ut discamus priùs in propriam domum pietatem exercere & vicem rependere parentibus*; & illius mandatum hoc est, e *Filii auscultate parentibus in omnibus*. Ratio est quod f *hoc Domino complacitum est*.

c Reg.2. 19.
d 1 Tim.5.4.
e Col.3.20.
f Ib. & Tim.5.14.

Q. *Quomodo Domini nostri sunt honorandi?*

R. g *Auscultando eis in omnibus, non obsequiis ad oculum exhibitis, ut qui hominibus placere student, sed cum simplicitate cordis, timentes deum.*

g Col.3.22.

Q. *Scripturæ videntur admodum memores officii filiorum ac servorum. Num vero silent de officiis Parentum ac Dominorum?*

R. Non. De parentibus & dominis ita loquuntur communiter, quod h *si quis suis non provident, infideli est deterior*. Separatim, autem de utrisque sic, i *Vos patres ne provocate liberos vestros ad iram, sed nutrite eos in disciplinâ & admonitione Domini*. k *Vos domini, jus & æquum servis*

h 1 Tim.5.8.
i Eph.6.4.
k Col.4.1.

unto your Servants that which is just and equal, knowing that ye also have a Master in Heaven.

Q. What saith the Scripture concerning *spiritual Pastors and Masters?*

A. *It calls them* the Salt of the Earth, the Light of the World, the Angels of God, the Ministers of Christ, and Stewards of the Mysteries of God, Fathers in Christ, *and* Labourers together with God. *And the People are* Gods Husbandry, *whereon they are to spend their labour.*

Q. What requital are we to make them for these their pains?

A. Let him that is taught in the Word, minister unto him that teacheth, in all good things. FOR AS THEY THAT WAIT UPON THE ALTAR, are partakers with the Altar; EVEN SO HATH THE LORD also ORDAINED, that they which preach the Gospel, should live of the Gospel. *Besides* St. Paul *commands us to* Remember our Guides, who have spoken unto us the Word of God, whose Faith he enjoins us to follow: *as also to* obey them, and submit our selves unto them, for they watch for our Souls. *And again*, Let those Presbyters, *or Elders*, that rule well, be counted worthy of double honour; especially they who labour in the Word and Doctrine.

Q. What saith the Scripture generally of our Betters?

A. *We must reverence them, and* rise up to the hoary headed; *We must* entreat the elder men as Fathers, the elder women as Mothers; and honour Widows, that are Widows indeed. *We have* Moses for an example, *who* did obeysance to *Jethro* his Wifes Father.

Q How

servis præstate, ut qui sciatis vos quoque habere Dominum in cœlis.

Q. *Quid præcipit Scriptura de pastoribus Spiritualibus & magistris?*

R. Hos vocat a *sal terræ, mundi lumen, Angelos Dei,* b *Christi ministros, mysteriorum Dei dispensatores,* c *patres in Christo,* d *Dei administros.* Populum autem, *Dei agriculturam,* cui hi laborem suum impendere debent.

a Mat.5.
b Ib.v.14.
c Mal.2.7.
d 1 Cor.4.1.
Ib.v.15.
1 Cor.3.

Q. *Quid illis retribuendum pro tantis laboribus?*

R. e *Communicet ille qui instituitur in sermone, cum illo qui illum instituit, omnia bona. Nam ut* f *bi qui altari assident, cum altari participant: ita constituit Dominus ut qui evangelium annuntiant, ex evangelio vivant.* Præterea Sanctus *Paulus* nos jubet g *memores esse ductorum nostrorum, qui loquuti sunt nobis Dei sermonem quorum fidem imitari debemus;* h & etiam ut *his obediamus & obsecundemus, quoniam excubias agunt pro animabus nostris.* Iterumque i *Presbyteri illi aut seniores qui bene præsunt, duplici honore digni habentur, præsertim bi qui laborant in Sermone ac Doctrinâ.*

e Gal.6.6.
f 1 Cor.9.13
g Heb.13.7.
h Ib.v.17.
i 1 Tim.5.
17.

Q. *Quid dicit Scriptura generatim de majoribus nostris?*

R. l Illos oportet revereri, *& coram capite cano assurgere.* m *Seniores decet hortari tanquam patres, mulieres autem natu grandiores, tanquam matres;* n *Honorare viduas quæ verè viduæ sunt.* Exemplum habemus in *Moyse,* o *qui coram Jethro socero suo incurvavit se.*

l Lev.19.32.
m 1 Tim. 5.
1,2.
n Ib.v.3.
o Exod.18.7

Q. *Qui*

Q. How comes it to paſs, that *Father* and *Mother* are named, but not the King, nor any of the reſt?

A. *Becauſe in the* Father *and* Mother *there is* 1. *Age.* 2. *Place.* *and* 3. *Wiſdom to inſtruct, and* 4. *Power to command and controul. In them God at firſt ſetled all that power, which ſince is derived from them to our Governours, according to their ſeveral places and degrees.*

Q. Which is the ſixth Commandment?

A. Thou ſhalt do no murther. *Wherein not onely actual murther, but the reſolution or deſire to do it is condemned. Yea all cauſleſs and unbridled anger is forbidden: for our Saviour ſaith, that* Whoſoever is angry with his brother without cauſe, ſhall be in danger of Judgment. *And ſo S.* John, Whoſoever hateth his brother is a murtherer. *The unjuſt Judge alſo is in the ſame Predicament; for* curſed is he that takes a reward, *or bribe,* to ſlay an Innocent perſon.

Q. The ſeventh Commandment?

A. Thou ſhalt not commit adultery. *In which words not onely the act, but all inordinate affections and deſires, or any thing tending thereto, is forbidden. For S.* Paul *forbids* Chambering and Wantonneſs. *And our Saviour profeſſeth, that* Whoſoever looketh on a Woman to luſt after her, hath committed adultery with her already in his heart.

Q. The eighth Commandment?

A. Thou ſhalt not ſteal. *Wherein not onely* Theft, *but* Oppreſſion, Extortion, *and* Couſenage *are forbidden. And to this commandment, I conceive belongs that curſe,* Deut. 27. 17. Curſed is he that removeth away the mark of his Neighbours Lands, *either by Meer-ſtones,*

Evi-

Q. *Quî fit quòd patres & matres nominantur, non autem Rex aut alius quisquam?*

R. Quoniam in *Patre* & *Matre* est, 1 Ætas, 2. Honor, 3. Scientia ad docendum, ac 4. Jus imperii & inspectionis. In his primariò Deus fundârit, eam omnem potestatem, quæ post delata est ad gubernatores nostros, ordine vel gradu distinctos.

Q. *Quod est mandatum sextum?*

R. *Non occides*, quo non solum homicidium actuale, sed propositum aut animi propensitas ad illud patrandum condemnatur. Imò omnis temeraria aut effrænata ira interdicta est. a *Quicunque*, inquit Salvator noster, *iratscitur fratri suo temerè, reus est judicii.* Et Sanctus *Johannes*, b *Quicunque fratrem suum oderit, homicida est.* Judex etiam iniquus eodem versatur in periculo. Quoniam c *Maledictus est qui pretium accipit, aut munus ad innocuum cæde percutiendum.*

a Mat. 5 22.
b 1 Joh. 3. 15
c Deut. 27. 25.

Q. Mandatum septimum?

R. *Non Mœchabere.* Quibus verbis non solum factum; sed & omnes affectus inordinati & illicitæ concupiscentiæ, aut horum illecebræ damnantur. Interdixit enim Sanctus *Paulus* d *cubilibus & lasciviis.* Et Salvator noster affirmat, quod e *quicunque aspexerit mulierem, ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo.*

d Rom. 13. 13.
e Matth. 5. 28.

Q. *Mandatum octavum?*

A. *Non furtum facies.* Quo præcepto non tantum ipsum *Furtum*, sed *omnis* f *Oppressio*, g *Extortio*, h *Fraudulentia interdicuntur.* Ad hoc etiam præceptum videtur illud maledictum pertinere, *Deut.* 28. 17. *Maledictus qui removet terminum Proximi sui*, sive notetur per lapides termi-

f Lev. 25. 39, 46.
g 1 Cor. 6.
h 1 Thess. 4. 6.

Evidences, Records, or the like; for this is couſenage *at the leaſt.*

Q. The ninth Commandement?

A. Thou ſhalt not bear falſe witneſs againſt thy neighbour. *In judgment we may not, without queſtion. Indeed in our ordinary communication it is dangerous for any man to ſcandalize, or ſlander his neighbour. They that do ſo, ſhall have no place in the Kingdom of God,* 1 Cor. 6. 10. *Neither may we* lie; *ſince the Lord will deſtroy him that doth ſo. To this command belong thoſe two imprecations;* Curſed is he that letteth in Judgment the right of a Stranger, of the Fatherleſs and Widow. *And,* Curſed is he that ſmiteth his neighbour ſecretly.

Q. Who is my Neighbour?

A. *Not onely thoſe who are of our Kindred, or ſuch as are near us by acquaintance, or habitation, or Country: but even thoſe that are of another Nation or Religion: as our Saviour manifeſts in his Parable of the* Jew *and* Samaritan, Luc. 10. 13. &c.

Q. We are now come to the laſt, tell me that.

A. Thou ſhalt not covet thy Neighbours houſe, &c. *This laſt takes away all evaſion from thoſe, who conceive onely actual adultery and actual theft to be ſin. For if ſin be a breach of Gods Law, then is it ſin to covet, or luſt after that which is none of mine. Thus this precept teacheth us to reſiſt all evil motions, and to root out all luſts and covetous deſires, that ſo they may never break forth into Rebellion againſt God, and bring the ſecond death upon us.*

Q. Art thou able to keep theſe Commandments?

A. Of

terminales, teſtimonia, libellos conſcriptos, aut per his ſimilia; hæc enim omnia ad minimum *fraudes* ſunt.

Q. *Mandatum nonum.*

R. *Non dices falſum teſtimonium contra Proximum tuum.* In litigiis proculdubio fieri non debet: in colloquiis familiaribus periculoſum eſt cuiquam Proximum calumniari, aut huic obloqui. Ejuſmodi enim *regni Dei hæreditatem nequaquam poſſidebunt.* 1 *Cor.* 6. 10. Neque *mentiri* debemus; a *Mendaces enim Deus perdet.* Huc pertinent duæ iſtæ maledictiones, b *Maledictus qui pervertit jus peregrini, pupilli, aut viduæ,* & c *Maledictus qui Proximum ſuum clam cædit.*

a Pſal. 5. 7.
b Deut. 27. 19.
c Ib. v. 24.

Q. *Quis mihi Proximus?*

R. Non illi ſolum qui conſanguinei ſunt aut Proximi familiaritatis frequentiâ, aut habitatione, aut natione: Sed ii etiam qui alienæ à nobis ſunt gentis aut Religionis. Prout declarat nobis Salvator noſter in parabola *Judæi & Samaritani,* Luc. 10. 30.

Q. *Ad ultimum jam deventum eſt, illud repete.*

R. *Non concupiſces domum proximi tui,* &c. Hoc ultimum omnem ab iis tollit excuſationem, qui opinantur nullum eſſe homicidium, aut furtum præter id quod actuale eſt. Nam ſi peccatum ſit legis tranſgreſſio; tum peccatum eſt velle aut concupiſcere id quod meum non eſt. Hoc præceptum itaque nos docet pravis omnibus motibus obſtare, omnes libidines, & avaras cupiditates eradicare: ne ſuadeant perduellis partes contra Deum agere, & nobis mortem ſecundam inferant.

Q. *Num potis es hæc mandata ad amuſſim obſervare?*

R. Viri-

A. *Of my ſelf, I am not, but* I can do all things in God that ſtrengtheneth me. *We are taught therefore at the end of each Commandment, to call upon the Lord by Prayer,* Lord have mercy upon us, and encline our hearts to keep this Law. *And after the laſt Commandment*, Lord have mercy upon us, and write all theſe thy Laws in our hearts we beſeech thee. *And I am taught* at all times to call for his ſpecial grace by diligent Prayer, *that I may walk in his Commandments.*

Q. What Prayer doſt thou chiefly uſe?

A. *The Lords Prayer.*

Q. Why is it called ſo;

A. *Becauſe our Lord* Jeſus Chriſt *made it, and commanded his Diſciples to make uſe of it, in theſe words,* When ye pray ſay, OUR FATHER, &c. *Our Church therefore,* When, *and as often as* we pray, *in publick, commands to uſe this Prayer. And we do ſo in the* beginning *of our firſt and ſecond Service; that ſo* laying this for a foundation, we may juſtly proceed to our enſuing requeſts.

Q. Why ſo?

A. 1. *In obedience to our Saviours injunction.* 2. *Becauſe it is ſo abſolute a Prayer, that it comprehends briefly, all what we may or ought to pray for.* 3. *Becauſe* it fully perfecteth whatſoever may be defective in the reſt. *And* 4. *It is obſerved, that* Tertullian *and S.* Auſtin *term it* Orationem legitimam, the Prayer which Chriſts own Law hath tied his Church to uſe in the ſame preſcript form of words, wherewith he did deliver it.

Beſides it is called the ordinary, *or uſual* Prayer, *becauſe it is uſed in all the Churches of the*

R. Viribus meis nil possum; a *at per Deum, qui me corroborat, omnia valeo.* Edocti itaque sumus sub finem cujuslibet mandati apud Deum precibus contendere, dicentes, *Domine miserere nostri, & corda nostra ad servandum hoc mandatum inclina.* Et recitato ultimo, *Domine miserere nostri, & quæsumus basce omnes leges tuas cordibus nostris inscribas.* Instructus etiam sub b *ardentissimis precibus Deum rogare, ut gratiâ suâ speciali adjutus, ejus præceptis ambulare valeam.*

a Phil. 4. 13.

b Catechismus in Liturg. Angl.

Q. *Qua oratione uterù præcipuè?*

R. *Oratione Dominicâ.*

Q. *Quare vocatur Oratio Dominicâ?*

R. Quia Dominus noster Jesus Christus eam composuit, docuitque discipulos suos orare in his verbis: c *Quando oratis, dicite, Pater noster qui es in cœlis,* &c. Ordinavit itaque Ecclesia nostra, quando & quoties publice Deum votis exposcimus, quod hanc precationem oremus; d quod facimus in officii primi & secundi principio: *ut hoc facto fundamento, justâ methodo ad reliqua desideria nostra prosequenda perveniamus.*

c Luc. 11. 2.

d *Præmissâ legitimâ & ordinariâ oratione quasi fundamento, accedentium jus est desideriorum,* Tertul. de Orat. c. 9.

Q. *Cur ita?*

R. 1. Ut Obedientiam præstemus Salvatoris nostri mandato. 2. Videtur oratio tam perfecta, quòd in se breviter complectatur ea omnia, pro quibus petere possumus aut debemus. 3. e Supplementum est eorum quæ in cæteris desunt. 4. Observatum est, quod *Tertullianus* & Sanctus *Augustinus* eam vocent orationem *legitimam*; eandem orationem, quâ Christus lege suâ Ecclesiam uti jussit iisdem ipsis, in quibus ipse verbis tradidit. Porrò vocatur f *oratio ordinaria* ac *usitata:* quia in omnibus

e Hooker Eccles. Pol. l. 5. Sect. 35. Ib.

f Tertul. de Orat. c. 9.

the Saints. And our daily Prayer, *because Christ hath taught us to use it every day, by commanding us to pray for* our dayly bread this day: *that so praying but for* this day, *we may be bound to make use of this Prayer* every day.

Q. Repeat the whole Prayer.

A. Our Father which art in Heaven, *&c. This Prayer consists of a Preface, seven Petitions, and the reason why we beg these things at his hand.*

Q. Which call you the Preface?

A. Our Father which art in heaven: *Herein we manifest, whom we pray to*; viz. *to that holy, blessed, and glorious Trinity, the Father, the Son, and the Holy Ghost: As these three Persons are but* one God, *and* one Lord, *so they are in respect of us, but* one Father. *Each person hath an equal interest in our Creation, Preservation, and Regeneration. Hence is it, that as we are created by the Father, the Son, and the Holy Ghost: so are we baptized in the Name of the Father, the Son, and the Holy Ghost. As we are baptized, so we believe; and as we believe, so we pray; in whom we believe, to them we pray.*

Q. Is not God every where, that we say, *which art in Heaven?*

A. *Every where he is without question, by his* Essence; *since* In him we live, we move, and have our being: *but in the souls of the faithful he is by his* Grace, *and in* Heaven *by his* Glory. *Hence is the* Earth *called his* Foot-stool, *and* Heaven *his* Throne. *We confine him not to* Heaven, *but we name* Heaven, *as the place where his Glory is most eminent, where our Saviour is said to sit at his right hand, the Angels to attend him, and the Souls of the Saints departed have the fruition of Joy and Glory.*

Q. Why

ſanctorum Eccleſiis uſurpatur; Et a *oratio quotidiana*, quia nos docuit Chriſtus eâ uti aſſiduè, cum voluit nos petere *panem noſtrum quotidianum da hodie*: ut pro *hoc tantum die* petentes, obligemur ad quotidianam hujus orationis repetitionem.

a Oratio quotidiana fidelium. Aug. Enchirid. c. 17.

Q. *Repete totam orationem.*

R. *Pater noſter qui es in Cœlis*, &c. Hæc oratio conſtat è præfatione, b ſeptem petitionibus, & ratione cur ab eo hæc petimus.

b Hooker Eccleſ. Pol. 5. Sect. 35. Septem petitiones continere Dominica videntur oratio. Aug. Enchirid. c. 115, & de Ser. Dom. in Monte, l. 2.

Q. *Quam vocat Præfationem?*

R. *Pater noſter qui es in Cœlis*: Quâ manifeſtum facimus, cui ſupplicamus, viz. Sanctæ, beatæ, & excelſæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Et ſicut hæ tres perſonæ, *unus ſunt Deus, unus Dominus*, ſic reſpectu noſtrûm, *unus Pater* ſunt. Quælibet perſona idem ſibi jus vendicat in creatione, præſervatione, regeneratione noſtrâ. Exinde eſt, quod prout creati ſumus à Patre, Filio, & Spiritu Sancto: Sic baptizati ſumus in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Prout Baptizati ſumus, ſic credimus; ut credimus ſic oramus. Quibus credimus, ſupplicamus.

Q. *An non Deus ubique eſt? quod dicimus, qui in cœlis es?*

R. Sine dubio ubique eſt, & in ſuo eſſe, ſicuti *in ipſo vivimus, movemur, & ſumus.* Sed in fidelium animabus per *gratiam* habitat, *in cœlo* autem per *gloriam*. Hinc d terra vocatur *ſcabellum pedum ſuorum*, & cœlum illius *ſolium*. Illam non cœlo circumſcribimus, ſed cœlum nominamus propter eminentiam gloriæ ejus in iſto loco. Ubi Salvator noſter dicitur ad dexteram illius ſedere, Angelos ei miniſtrare, & juſtorum animas ſeparatas gaudio & æternâ frui gloriâ.

c Act. 17. 28.

d Iſ. 66. 1.

Q. Why begin we our Prayers so?

A. 1. *To put us in mind, that our Pedegree is from* Heaven. 2. *That we may take care to behave our selves as the Children of such a* Father. *And* 3. *That the inheritance we hope for, is in* Heaven. *We are not therefore to set our minds upon earthly but heavenly things.*

Q. Who may pray thus?

A. *None but those that are baptized. In the Primitive Church the* Catechumeni, *such as were prepared for Baptism, learned it for an Instruction, or Preparation but they might not use it as a Prayer, till they were baptized. Immediately after Baptism they did, and so do we.*

The Heathen cannot say Our Father; *Our Creator, Our Lord they may. The* Jews *as* Jews, *were never taught to say* Our Father: *this Prayer is peculiar to Christians;* Our Father *he is by grace; and we his Sons by the same grace. God make us his Sons in glory.*

Q. Which is the first Petition?

A. Hallowed be thy name: *wherein we desire not, that his* Name *may be made* Holy; *we know it is so, and it cannot be otherwise. But our Prayer is, that his* Name *and his Word may be used and mentioned by us holily; that in all our actions we may honour* Our Father, *and the stock we come of, and that we may ever seek his honour and glory, and not our own. That as we bear his* Name, *so we may behave our selves as beseems his* Name, *and good Christians; not onely by worshipping him in the Church, but by our daily and hourly conversation in all places.*

Q. The

Q. *Quare ſic exordimur Petitiones noſtras?*

R. Primùm, in memoriam revocare, nobis natales noſtros de *cœlo* eſſe, 2. Ut ſedulò enitamur nos gerere, tanquam filios tanti *Patris*. 3. In cœlis eſſe quam expectamus hæreditatem. Non itaque terrena quærere debemus, ſed cœleſtia.

Q. *Qui hâc orandi formulâ uti poſſunt?*

R. Non niſi Baptizati. In Eccleſia Primitiva *a* Catechumeni. *i. e.* qui ad Baptiſmum præparati erant, didicerunt eam per modum Inſtitutionis aut preparationis: nunquam autem permiſſi ſunt eam per modum orationis repetere, donec ad Baptiſmum admiſſi. Poſt ſuſceptum Baptiſmum eam uſurpabant; ſic & nos. Infideles non poſſunt dicere *Pater noſter*; Creator noſter, Dominus noſter dicere poſſunt. Judæi ut Judæi, nunquam edocti ſunt dicere *Pater noſter*. Hæc oratio Chriſtianis peculiaris videtur. *Pater noſter ex gratia*, & per eandem gratiam nos filii ejus ſumus. Deus idem nobis largiatur ut ſimus etiam filii ſui in gloriâ.

a *Quomodo dicunt, Pater noſter, qui nondum nati ſunt (ſcilicet per Baptiſmum?) Aug. de Symbolo ad Catechum. l. 1. c. 6 & quinquag. homil. 42. Conſule Gab. Albaſpin Obſervat l. 1. c. 19.*

Q. *Quæ prima eſt Petitio?*

R. *Sanctificetur nomen tuum.* Quâ non petimus quod *nomen illius fiat Sanctum*; hoc enim *b* novimus ita eſſe, neque aliter fieri queat. At Petitio noſtra eſt ut illius nomen & verbum non ſine reverentiâ à nobis uſurpetur, aut memoretur, ut in omnibus actionibus noſtris *Patrem noſtrum* honore proſequamur debito, & genus unde orti ſumus adornemus, & nominis ſui non noſtri gloriam ſemper quæramus: Et ut ab illo denominati ſumus ita tanto nos nomine dignos geramus, atque ut veros Chriſtianos decet, non publicè tantum illum adorando, ſed ubique in quotidianâ vitæ noſtræ conſuetudine.

b Pſal. 99. 3.

Q. The second Petition?

A. Thy Kingdom come: *his* Kingdom *of grace, and his* Kingdom *of glory. That his* Kingdom of grace, *which is his Church, may so spread over the face of the whole Earth, that his Word may be preached, and believed, and obeyed in all Nations whatsoever. That his Word may bear such sway in our hearts, that the* Kingdom *of Sin and Satan being vanquished, we may behave our selves as the sincere Subjects of such a King, that so his* Kingdom of glory, *may be replenished in due season.*

Q. The third Petition?

A. Thy Will be done in Earth as it is in Heaven. *That with our Saviour each Christians Prayer may be,* not my Will, but thy Will be done, *not only in Peace, Plenty and Prosperity, but in War, in Wants, and Persecution. His* revealed Will *is the rule, whereby all our actions must be guided. Our Prayer is therefore, that we his servants may be diligent to perform this his Will on Earth, as the Angels are diligent to do it in Heaven. That we may listen to him, and be obsequious to his Will, as they are. That there may not be any dissention between our earthly and heavenly parts: but that the flesh being subject to the spirit, both may sincerely submit to his Will, and do it to the uttermost of their power. This is the direct way to his Kingdom of glory.*

Q. The fourth Petition?

A. Give us this day our dayly bread. *In this Petition* we pray unto God, that he will send us all things that be needful both for our souls and bodies. *This (as the Learned observe) is intimated unto us by this word* ἐπιούσιον, *which signifies not only* dayly, but super-substantial; *that so we might*

Q. *Quæ secunda est Petitio?*

R. *Adveniat regnum tuum.* Regnum Gratiæ & Gloriæ. Quod *regnum gratiæ*, viz. Ecclesia ita se per totum terrarum orbem extendat; ut Evangelium illius omni nationi prædicetur, & ab omnibus credatur, atque ut obsequelam ei præbeant omnes ubique gentes. Ut illius verbum ita corda nostra gubernet, quod Satanæ ac Peccati imperio debellato, nos geramus tanquam fideles hujus regis subditos, & ita *gloriæ suæ regnum* opportune repleatur.

Q. *Quæ tertia est Petitio?*

R. *Fiat voluntas tua in terris, sicut & in cœlis.* Ut cum Servatore nostro quilibet fidelis orer, *a non mea, sed tua voluntas fiat*, non modo dum res tranquillæ sunt, plenæ & prosperæ; sed etiam dum periculosæ, egenæ, adversæ. *Voluntas* illius *revelata* norma est, cui omnes actiones nostræ conformes esse debent. Desiderium itaque nostrum est, ut nos illius servi diligentes simus ad perficiendum illius voluntatem in terris, prout Angeli in cœlis. Ut huic auscultemus, & illius imperio obsequamur, sicut illi. Ut nullum sit litigium inter membra nostra carnalia & spiritualia; sed ut carne per spiritum subactâ, utrumque illius voluntati sincere submittant, & omnia pro virili faciant. Et hæc est via recta ad regnum suæ gloriæ.

a Luc. 22. 24

Q. *Petitio quarta?*

R. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.* *b* In hac Petitione *Deum rogamus ut omnia nobis, tam ad animæ, quam ad corporis salutem necessaria annuat.* Hoc *c* (ut observarunt docti) nobis insinuatur per verbum ἐπιούσιον quod non solum significat *quotidianum*, sed *super-substanti-*

b *Catechismus in Liturg. Angl.*

c *Hieron. in Matt. 6.*

might not onely remember our bodily food, but that we might have a special eye upon the food of our souls, that bread of life, the blessed Sacrament of Christs body and blood, which was daily received *in the Primitive Church by the first Christians.*

Q. The fifth Petition?

A. And forgive us our trespasses; as we forgive them that trespass against us. *Herein we make confession, that we have* trespassed *against God and his Word; we entreat him therefore, against whom we sin, to forgive us our sins.*

Q. Can God onely forgive sin?

A. *God onely* powerfully, *but the Priest* ministerially. *God hath* power *in himself and of himself to forgive sins: but the Priest hath onely a* delegated power, *neither in, nor of himself, but from God, who gave this Commission to his Apostles, and in them to their Successors;* Receive (*saith he*) the Holy Ghost; whosesoever sins ye forgive, they are forgiven, *&c.* Christ *gave them the Holy Ghost, that by his power they might remit, and retain sins.*

Q. Do Priests forgive sins absolutely?

A. *No, but conditionally, as God doth; if the person confessing* truly repent, and unfeignedly believe the holy Gospel. *God you see, forgives, but upon condition; we beg pardon but upon condition, that God would deal with us, as we deal with our Neighbours; that he would* forgive us, as we forgive them that trespass against us.

Q. Must we then expect no pardon, but upon this condition?

A. *We may not. Our Saviour saith so,* unless

ale quid. *a* Quò non tantum memores simus victûs nostri corporei, sed ut magis respiceremus animarum nostrarum cibum, Panem istum vivum sanctissimum, scil. corporis & sanguinis *Christi* Sacramentum, *b* quod à Primævis Christianis in Ecclesiâ Primitivâ quotidie recipi solitum est.

a *Spiritualiter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, &c.* Tertul. *de Orat. c.6.*

b *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus. Cypr. de Orat. Dom. n.48. Aug. de Ser. em in Monte l. 2.*

Q. *Petitio quinta?*

R. *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* In hâc confitemur nos in Deum peccâsse & mandata ejus violâsse. Illum itaque rogamus in cujus conspectu peccavimus, ut nobis peccata nostra condonet.

Q. *Num Deus solum remittit peccata?*

R. Deus solùm *absolutâ & plenâ potestate*; Sacerdos autem *virtute Officii*. Deus potestatem habet *in se* & *de se* peccati condonandi. Sacerdos autem potestatem habet tantum ab eo delegatam, non *in* vel *de se*, sed à *Deo*, qui hanc potestatem dedit Apostolis suis & in iis illorum Successoribus. *c Accipite*, inquit, *Spiritum Sanctum & quorum remiseritis peccata, eis remittuntur*, &c. Christus illis Spiritum Sanctum dedit, ut illius virtute peccata remitterent aut retinerent.

c Joh. 20. 23.

Q. *Num Sacerdotes absolute peccata remittunt?*

R. Minime: sed ut ipse Deus, sub conditione; nempe si confitentes verè pœnituerint, & sacro-sancto Dei Evangelio non fictè crediderint. Deus, ut vides, condonat, at sub lege; Nos veniam rogamus, sed eâ lege, quòd Deus idem tibi, quod tu proximo feceris: Ut *nobis remitteret debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.*

Liturg. Ang. in Absolutione.

Q. *An remissio igitur nulla nobis est expectanda nisi hac lege?*

R. Nequaquam. Servator enim noster inquit,

less ye FORGIVE ONE ANOTHER FROM THE HEART, your heavenly Father will not forgive you. *That is, unless ye be ready to forgive your trespassers, when they crave pardon of you, look for no pardon at my Fathers hands, when ye beg forgiveness of him:* for the same measure ye mete, it shall be measured to you again.

Q. The sixth Petition?

A. And lead us not into temptation.

Q. Can God *tempt us?*

A. *He cannot; the Scripture is plain.* Let no man say when he is tempted, I am tempted of God: for God cannot be tempted with evil, NEITHER TEMPTETH HE ANY MAN. But every man is tempted, when he is drawn away of his own lust, and enticed.

Q. Cannot God be the Author of Sin?

A. *He cannot: for* He hath no pleasure in wickedness: *but* the ungodly, and him that delighteth in wickedness, doth his soul abhor. *It is therefore accounted* most detestable Sacriledge, to make God the Author of Sin.

Q. What pray we against in this Petition?

A. *Against Gods heavy wrath and censure; namely, that he would not punish one sin with another: For the latter sin is oft a punishment of the former: as* Judas *his murthering himself, was a punishment of his treason. We beseech God therefore, as our Forefathers had wont to speak,* not to suffer us to be led into temptation, *much less to be overcome thereby. Since the withdrawing of his grace, is, as it were a* leading or *letting* us into temptation: *so prone we are to sin, if God withhold us not.*

Q. Which is the last Petition?

A. But

quit, a *Nisi remiseritis quilibet suo fratri ex animo, Pater vester cœlestis vobis lapsus vestros non remiserit, i. e.* b nisi proclives sitis ad remittendum debitoribus vestris, veniam à vobis petentibus, ne expectetis à Patre meo, cum a b illo veniam rogaturi estis. c *Eâdem enim mensurâ quâ metimini, vobis contra metietur.*

a Matth. 18. 35.
b *Aug. Enchirid. c. 73, 74.*
c Luc. 6. 38.

Q. *Petitio sexta?*

R. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Q. *Utrum Deus nos tentat?*

R. Nequit. Apertè enim loquitur Scriptura, d *Nemo dicat, quando tentatur, à Deo tentor. Nam Deus non tentatur à malo, neque quenquam tentat* e *sed unusquisque tentatur, dum à propriis cupiditatibus abstrahitur aut inescatur.*

d Jacob. 1. 13, 14.
e Psal. 5. 4.
f Psal. 11. 6.

Q. *An non Deus peccati Author esse potest?*

R. Non potest. e *Non enim delectatur improbitate;* sed f *improbos & qui operantur iniquitatem odit ipsius anima.* g *Habetur itaque* h *pro sacrilegio execrabili, Deum dicere peccati authorem.*

Deum mali aliquid non potest velle. Aug. Ep 180
g *Illo sacrilegio, quo statuitur Deum esse peccati authorem, mihi detestabilius nihil occurrit. Aug. de Ord. l. 2. c. 7.*

Q. *Quid mali deprecamur in hac Petitione?*

R. Iram Dei gravem ac judicium deprecamur; nimirum ne peccatum præteritum per subsequens aliquod puniat: quoniam sæpenumero videmus peccatum posterius esse prioris pœnam; prout in *Judâ*, qui propter perfidiam erga Dominum, sui-ipsius interfectione punitus est. Deum ergo rogamus, prout patres olim loquuti sunt, *ne nos patiatur in tentationem induci* multò minùs ab ipsâ superari, cum illius gratiæ subductio est quasi inductio aut intromissio ad tentationem. Tam prompti sumus ad peccatum, nisi gratia divina nos detineat.

h *Et ne nos patiaris induci, &c. Cypr. de Orat. Domin. n. 69. Ne nos inducas, &c. id est, Ne patiaris nos induci. Tertul. de Orat. c. 8. Aug. de Ser. Dom. in Monte, l. 2.*

Q. *Quæ ultima est Petitio?*

R. *Sed*

A. But deliver us from evil. *In the two former Petitions we entreated for Pardon for our former ſins, and to be preſerved from future ſins: but here we beſeech God to* deliver us from the evil *of puniſhment, both in this life, and in the life to come; as alſo from that fierce Executioner of Gods Vengeance the Devil.*

Q. Why do we beg all this at Gods hands?

A. 1. *Becauſe he is* Our Father: *moſt fit therefore, that we repair to him for help and ſuccour.* 2. *Becauſe he is All-ſufficient,* Almighty: *or, as it is added in S.* Matthew, For thine is the Kingdom, Power, and Glory, for ever and ever. His Kingdom is unlimited, his Power abſolute; *God give us grace to ſeek his* glory; *for he will be glorified by us, or upon us; either by us, in the performance of his Commandments; or upon us, in the demonſtration of his Juſtice.*

Q. Why add we, *Amen?*

A. *Becauſe we deſire all this may be done; for ſo this word ſignifies. It is an Hebrew word, which we tranſlate not into any language, but preſerve it, as our Saviour gave it. We end our Prayers and Creed with it, to manifeſt the aſſent and conſent of all Chriſtians in matters of the higheſt moment.*

Q. How ought we to behave our ſelves in Prayer?

A. *With all devotion and reverence inward and outward,* meekly kneeling upon our knees.

Q. Why muſt we kneel at our Prayers?

A. 1. *Becauſe it is a geſture beſt beſeeming humble Petitioners.* 2. *It is a duty proper to Prayer.* 3. *The Church our Mother commands*

us

R. *Sed libera nos à malo.* In duabus prioribus, veniam rogavimus propter errores anteactos & ut à futuris servemur: in hâc autem Deum petimus, ut nos liberet à malo pœnæ, tam pro præsenti, quam pro futuro, & ab immani illo iræ divinæ carnifice Dæmone.

Q. *Cur hæc omnia à Deo petimus?*

R. Quia primum *Pater noster* est; æquum ergo est ut illum adeamus ut adjutorem & liberatorem. 2. Quia *omnisufficiens* est omnipotens, vel ut Matthæus addidit, *Tuum enim est regnum, potentia & gloria, in seculorum secula.* Regnum illius sine terminis, potentia infinita. Deus nobis suam gratiam largiatur, ut illius nomen glorificemus. Glorificabitur enim à nobis aut super nos; aut à nobis in mandatis perficiendis, aut super nos in justitiæ demonstratione. Mat 6.13.

Q. *Quare in calce additur,* Amen?

R. Quia hæc omnia fieri desideramus; sic enim hoc verbum sonat: *a* Verbum Hebræum est, quod in aliam linguam non transferimus, sed retinemus, prout Salvator noster nobis reliquit. Hoc verbo orationes nostras & fidei Symbolum concludimus, ut manifestetur assensus & consensus omnium Christianorum in rebus maximi momenti.

a *Sciendum est Amen & Halleluja, quæ nec Latino, nec Barbaro licet in suam linguam transferre, Hebræo cuntias gentes vocabulo decantare. Aug. Ep. 78.*

Q. *Quomodo nos gerere oportet inter orandum?*

R. Cum summâ devotione ac reverentia tam externâ quam internâ, suppliciter flectentes genua.

Q. *Quare inter orandum genu flectendum est?*

R. Primum, quia gestus ille maximè decet supplices. 2. *b* Officium videtur orationi maximè proprium, 3. Ecclesia mater nobis imperat

b *Proprium est orationis officium Dei veneratio. Ter. de Orat. c. 1.*

us to kneel at Prayers. 4. *It is agreeable to the custom of the Ancient Church.* 5. *It is agreeable to the practice of our Saviour and his Apostles, who always* did kneel *or fall flat upon the ground at their Prayers.* 6. *It is Gods due, in the second Commandment. And our Saviour saith,* Thou shalt WORSHIP the Lord thy God. *And to* worship God, *is to* kneel down, *or* fall down *before him. These reasons, I hope, will bring us all upon our knees.*

Q. I pray God they may. Thou hast given me good satisfaction in the *Creed*, the *Ten Commandments*, and the *Lords Prayer*: now tell me how many *Sacraments* there be.

A. *Two onely instituted by our blessed Saviour as necessary for the Salvation of all men, to wit,* 1. Baptism, *and* 2. *the* Lords Supper.

Q. What meanest thou by this Word *Sacrament?*

A. I mean an outward and visible sign of an inward and spiritual grace, given unto us, ordained by Christ himself as a means whereby we receive the same, and a pledge to assure us thereof.

Q. A little plainer if you can.

A. A Sacrament is an outward and visible *sign or element,* ordained by Christ *to be* given *or bestowed upon us,* as a means *whereby we may receive* an inward and spiritual grace. *This he gives us as a* pledge, *to* assure us, *that as oft as we* receive *this Sacrament, or Element, according to* Christs *Ordinance, so oft we receive this grace, which is always conveyed unto us by this* Sacrament.

Q. How many parts are there in a Sacrament?

A. *Two*

rat genuflexum inter orandum. 4. a Congruum videtur moribus Ecclesiæ primitivæ. 5. b Factum est ad exemplum Christi & Apostolorum qui semper oraverunt aut genibus flexis aut corpore in terram prostrato. 6. Deo debitum est, ut patet ex Mandato secundo. Et præcepit Salvator noster, c *adorabis Dominum Deum tuum*; *At* d *Deum adorare* est ei *adgenieulare* aut *coram illo procidere*. Hæ rationes, spero, nos omnes ad genuflectendum suadebunt.

a *In Oratione ex more genua fluximus, aut incubuimus terræ. Aug. de Civit. Dei l.22.c.8.*

b Mat.26. 39. Luc.22.41. Act.7.60. c.9.40.c.20 36.

c Mat.4.10.

d *Vox adorare idem significat, quod prosternere se, incurvare, adgeniculare, Vet. Pictorel de Imag. p.225.*

Q. *Faxit Deus. Optimè respondisti quæstionibus de Symbolo, de Decalogo, & de Oratione Dominica. Dic mihi jam quot sunt Sacramenta?*

R. Duo solummodò à benignissimo Salvatore nostro instituta tanquam necessaria ad salutem omnium; viz. *Baptismus & Cœna Dominica.*

Q. *Quid vis per hoc verbum Sacramentum?*

R. Volo externum & visibile signum internæ & invisibilis gratiæ, nobis datum & ab ipso Christo institutum, tanquam medium per quod eandem accipimus, & arrha, ad reddendos nos de eâ certiores.

Q. *Paulò planius si potes?*

R. Sacramentum est externum & visibile signum aut elementum *à Christo institutum*, nobis dandum aut offerendum, tanquam medium per quod interna & spiritualis gratia ad nos derivatur. Hoc nobis dat tanquam pignus depositum, ad securos nos faciendos quod quoties hoc Sacramentum aut hæc Elementa secundum Christi institutum accipimus, toties hanc gratiam per hoc Sacramentum collatam etiam accipimus.

Q. *Quot sunt partes Sacramenti?*

R. Duæ

A. *Two, the outward and inward.*

Q. What is the outward?

A. *The* Matter *and* Form *appointed and determined by* Christ himself.

Q. What meaneſt thou by the *Matter?*

A. *The Element or Creature, deſigned by* Chriſt *for this or that* Sacrament.

Q. What meaneſt thou by the *Form?*

A. *The words appropriated by Chriſt to this or that Sacrament.*

Q. What is the Element or *Matter* appropriated to *Baptiſm?*

A. Water, *The pure Element of Water, without Art or Mixture.*

Q. What the Form, or *Words?*

A. I baptize thee in the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghoſt.

Q. May no Perſon be baptized with other *Matter* or *Words?*

A. *No: for Chriſt, who is the Author of Grace, diſpoſeth of his Graces, and the means whereby he conveyeth them unto us. And it is in the power of no Perſon or Perſons, to alter all theſe means, unleſs it be alſo in his, or their power to give Grace at pleaſure.*

Q. Theſe two then make a perfect Sacrament?

A. *They do ſo: namely theſe words of* Chriſt *added to this Element or Matter preſcribed by* Chriſt.

Q. What is the inward and ſpiritual Grace in Baptiſm?

A. A death unto Sin, and a new birth unto Righteouſneſs. For being by Nature born in Sin and the Children of Wrath, we are hereby made the Children of Grace.

Q. Thou

R. Duæ, externa & interna.

Q. *Quæ est pars externa?*

R. *Materia* & *Forma* ab ipso *Christo* instituta & determináta.

Q. *Quod vis per hanc materiam?*

R. Elementum aut creaturam à Christo ad hoc vel illud Sacramentum designatam.

Q. *Quid vis per formam?*

R. Verba per Christum ad hoc vel illud Sacramentum præstituta.

Q. *Quod est Elementum, aut materia baptismi propria?*

R. a Aqua. Aquæ Elementum purum absque artificio aut mixturâ aliquâ. a Joh. 3. 5.

Q. *Quæ forma aut verba præscripta?*

R. b *Baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.* b Mat. 28 19

Q. *Nemo baptizandus elemento alio, aut verbis aliis?*

R. Non. Christus enim gratiæ largitor disponit de suis donis, & de mediis per quæ ea nobis communicat; neque quisquam eâ pollet potestate, ut hæc mutare ausit, nisi penes hunc vel hos potestas sit donandi gratiam pro arbitrio. *Accedat verbum ad elementum, & fiat Sacramentum. Aug.*

Q. *Hæc duo itaque perfectum hoc reddunt Sacramentum?*

R. Affirmatur. Scilicet hæc verba Christi huic elemento addita, aut materiæ à Christo definitæ.

Q. *Quænam est gratia spiritualis & interna in Baptismo?*

R. *Ut mortui simus peccato, & regeneremur ad justitiam.* Quoniam c *natura in peccatis, nati, ac filii iræ, per Baptismum facti sumus filii Dei.* c *Qui baptizatur, ascendit liberatus à corruptionis servitute & peccato, factus filius Dei, & hæres ejus gratiæ, cohæret autem Christi, indutus ipsum Christum, Concil. Nic. Diatyp. 5.*

Q. Thou conceiveſt then, that all ſins are forgiven us in *Baptiſm?*

A. *I do ſo; ſo that we hinder not this grace by infidelity and impenitence.*

Q. Why are you of this mind?

A. *Becauſe I am taught by the* Nicene Creed, *to* believe one Baptiſm for the remiſſion of ſins. 2. *This Church hath reſolved it for a* known truth, that it is certain by Gods word, that children being baptized, have all things neceſſary for their ſalvation, and be undoubtedly ſaved. 3. *The Scripture aſſures us, that* Baptiſm doth now ſave us, by the Reſurrection of Jeſus Chriſt; and that we are ſaved by the waſhing of Water by the Word. 4. That as many of us as have been baptized into Chriſt, have put on Chriſt: *that is, as the* Council of Nice *expounds it,* we deſcend foul and unclean into the Laver of Regeneration; but we come forth unſpotted, and without ſin.

Q. What is required of perſons to be baptized?

A. 1. Repentance, whereby they forſake ſin, and 2. Faith, whereby they ſtedfaſtly believe the promiſes of God made to them in that Sacrament.

Q. Why then are Infants baptized, when by reaſon of their tender Age they cannot perform them?

A. Yes they do perform them by their Sureties, who promiſe and vow them both in their names, which when they come to age, themſelves are bound to perform.

Q. Is this agreeable to reaſon?

A. *It is ſo: It is no more than Guardians do for their Wards, When Wards are under Age, their Guardians*

Q. *Num videtur tibi, quòd omnia peccata nostra nobis in baptismo remittuntur?*

R. Ità videtur, modò non ponamus obicem huic gratiæ per infidelitatem & impœnitentiam.

Q. *Quare hanc opinionem tueris?*

R. Quia edoctus sum primò è Symbolo Nicæo confiteri unum baptismum in peccatorum remissionem. 2. Ecclesia nostra docuit pro indubiâ veritate, *quòd è Sacris Scripturis constet pueros Baptizatos omnia ad salutem necessaria adeptos esse, & sine dubio salvos fieri.* 3. Scriptura nos certos facit, quòd *Baptismus nos servet per resurrectionem Jesu Christi & quod servati sumus lavacro aquæ per verbum: &* 4. quod *quotquot baptizati sunt in Christum, Christo induti sunt*, i. e. ut *Concilium Nicænum* interpretatur, *descendimus impuri ac sordidi in regenerationis lavacrum, ascendimus puri ac sine labe.*

a *Rubricâ ante Catechismum.*

b 1Pet. 3. 21

c Ephes. 5. 26.

d Gal. 3. 27.

e *Concil. Nic. Disp.* 5.

Q. *A Baptizandis quid requiritur?*

R. Primum pœnitentia per quam peccato valedicunt, & 2. Fides per quam firmiter credunt promissis Dei in hoc Sacramento factis.

